

De reemptions censuum beneficiarum

Stem volumus quod nemo beneficiarius per diocesim nostram habens ad suum beneficium census reemptionis. postquam illi reemunt et capitalis summa cum ipsis censibus presentat. audeat illam sine consilio prelati sui vicinioris aut remotioris. nec sine consensu collatorum si in vicino haberi poterint. accipere vel exponere. ut minoratio censuum quantum possibile sit evitari poterit. Contrarium si quis facere attentaverit digna adversione adversus eundem insurgemus.

De casibus episcopalibus.

Stem universis presbiteris et confessoribus inhibemus ne de cetero quantumcumque specialiter vel generaliter habeant auctoritatem in episcopalibus casibus absolvendi audeant absolvere. homicidas incendiarios vel fractores ecclesiarum et qui in eorum ecclesiis vel cimiteriis rapinas commiserint vel qui inibi aliquem percusserint. vulneraverint. captivaverint. vel violentiam iniuriosam. fecerint pariterque et clericorum percussores. monetarum seu librarum falsificatores fuerint. Sed tales ad nos pro obtinenda venia et absolute remittant. nihilominus talibus ingressus ecclesie quousque a nobis veniam aut absolute beneficii obtinuerint interdiciamus. absolute peregrinis et questorum non obstantibus.

De proclamationibus circa matrimonium contrahenda faciendis.